



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

166 Absolutio non praesumitur, nisi probetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 160 † Aliis omissis, sunt excommunicationes à jure: quia semper durant, de vna publicatione ad aliam, donec, & quousque alia fiat, & publicetur, ut in eadem Bull. sub num. 20. vers. volentes, Sayc. eodem lib. 3. cap. 25. num. 1. & 2. & in jure continentur, ut in extravag. com. 3. & 5. vers. & generaliter, de poenit. & remiss. Et quod hodie sit excommunicatio à jure lata, correctæ antiqua contraria ejus opinione, tenet Navar, in cap. 27. num. 73. ver. tertia quod.
- 161 † Qui autem in excommunicationes à jure latic incidunt, possunt etiam in notoriis, nulla monitione præmissa, in eadem excommunicationem incidisse, de clarari, Innoc. in cap. ex parte, il. 1. num. 3. de verb. oblig. Felyn. in cap. Rodulphus, num. 41. vers. intellige secundo, de rescript. & Put. decis. 332. num. 6. lib. 1. & Papæ processus in notoriis absque citatione valet, ut inquit Butr. in cap. cum olim, de sentent. excommunic. & Abb. in cap. causam, qua, de rescript. nec ordinem in procedendo servare tenetur, quia non ligatur suis, nec Antecessorum suorum constitutionibus, l. Princeps, & ibi gloss. ff. de legi. cap. ided, §. his ita, 25. quest. 1. c. ad petitionem, & ibi gloss. de accus. Abb. in c. Magna num. 7. de vot. Felyn. in cap. 2. num. 1. de major. & obed. & idem Abb. in cap. 1. n. 1. ubi etiam Bald. nu. 3. de const.
- 162 Sunt † enim prædictæ excommunicationes Papæ reservatæ: ita quod nemo ab illis, præterquam à Papa, aut ab eo potestatem habentibus, etiam virtute cujusvis decreti, concilij, aut indultorum, vel privilegiorum quorumcunque absolvi potest, ut in eadem Bulla eodem numer. 20. ver. cæterum à prædictis, Navar cap. 27. numer. 37 eodem vers. & num. 71. in fin. & Sayc. dist. lib. 3. capit. 25. numer. 3 & 4.
- 163 † Nisi in mortis articulo constituti, neque etiam tunc, nisi facta satisfactione, aut de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita; quæ cautio debet esse sufficiens cum pignore, vel fidejussore, si eam dare potest, sin minus, dare debet eam, quam potest, saltem juratori- am clement. 1. §. verum, & ibi gl. fin. & Abb. nu. 25. de hæret. Felyn. in c. pastorals, nu. 12. de off. ord. Navar. eod. c. 27. nu. 48. & Card. Tol. eodem lib. 1. c. 30. vers. primo quidem, & vers. tertio protestatur.
- 164 Papa † enim pluribus modis tribuit potestatem à casibus in Bulla Cœnæ Domini contentis absolvendi; aut enim tribuit facultatem specialem ad supplicationem, ut quando tacito nomine facultates absolvendi per Pœnitentiarium sub sigillo expediuntur, aut vigore privilegiorum generalium, vel jubilæi in genere. Et quocumque casu regulariter satisfactio, vel cautio, modo quo supra, præstari debet.
- 165 Et † procedit pro casibus occultis, si vero casus in Bull. Cœnæ Domini comprehensus fuerit deductus ad forum contentiosum; tunc enim ne vigore jubilæi, aut aliorum privilegiorum, potest excommunicatus absolvi; nisi primò judici, & partì satisfecerit, quia dictæ facultates sonant in foro conscientie duntaxat, quo casu in foro fori deducta sub dicta facultate non comprehenduntur; sed requiritur specialis ad absolvendum in utroque foro, quæ fieri debet coram notario, & testibus, vel saltem coram testibus † ut absolutus possit probare suam absolutio-  
nem

nem, quæ non præsumitur, nisi probetur, cap. *proposuit in fin.* & ibi gloss. penult. de cler. excommunicat. minist. cap. *sicut nobis*, & ibi gloss. *fin.* & Abb. num. 1. & 2. de sentent. excommunic. & Navar. in cap. 167 27. nu. 278. vers. *septimo quod* † In foro enim conscientie creditur penitenti coram confessario propria peccata confitenti; quia ibi tractatur de suo solo præjudicio, & de nemine catholico & timorato homine præsumendum est, quod sit immemor suæ salutis, cap. *sancimus* §. & licet 1. quæst. 7. gloss. 1. in dict. cap. *sicut nobis*, & ibi Abb. num. 4. de sentent. excommunicat. Secus autem in foro fori, in quo secundum acta, & probata est judicandum, l. *illicitas*, §. *veritas* ff. de off. præf. Felyn. in cap. *pastoralis*, num. 23 de off. deleg. & Gomez. in reg. de *anna pess.* ff. 170 quæst. 4: num. 5.

168 Absolventes † autem ab excommunicatione, & anathemate contra tenorem ejusdem Bullæ, excommunicationis sententiam incurunt, ut in ead. Bull. dict. num. 20. vers. *quod si forte*. Sed dubitatur, an dicta excommunicatio sit Papæ reservata.

169 Et sublata opinionum varietate, † quibus relatis, quod dicta absolutio non sit Papæ reservata, sed Ordinarij, sic excommunicatos absolvere possint, tenet Navar. eodem c. 27 num. 74. quem sequitur Tolet. eodem cap. 30. vers. *sexid fulminat*, & Sayr. in eodem Thes. cas. *consc. lib. 3 cap. 25 nu. 6.* & 7. Hodie tamen dicta quæstio per universam Italiam est sublata à sacra congregatione Cardinalium, quæ de Clementis Papæ VIII. speciali mandato, sacerdotibus omnibus, tam secularibus, quam regularibus, per universam Italiam extra

libem degentibus, ad confessiones audiendas approbatis, quorumcunque Ordinum, Congregationum, aut Societatum etiam Jesuitarum, jubet, & præcipit, ne sub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè, scripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus secularium, aut singularibus personis, aut aliis quomocunque, sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, ad cujusvis etiam Imperatoris, Regum aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, audeat, vel præsumat de cætero, & in perpetuum, † aliquem cujusvis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam ecclesiasticæ quam secularis, etiam si Regiæ, vel Imperialis existat, ab ullo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, ejusvè successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reservandis; Nec etiam à casibus quos Ordinarij locorum hætenus reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, & speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quò ad casus ab ipsis tantum reservatos respectivè habita scripta licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium impedire, sed, cum opus fuerit, penitentes ad superiores legitimos iudices suos accedere consulant, sub pœna contrafacientibus, tam regularibus, quam

secularibus